cruciabor ut morerer potius q. ipse, qui ta
men defunctus iam hac tentatione libenter vivo
cum illo, donec Dnus vult.

Hoc autem memoratu dignum censere non
debeo, quod post confessionem, ubi audiebat de ten
tatione quam passus fuerat (quam pati expli
care forte non potuit) dixit. Ego propter exter
nam meam conversationem putor super macras(?)
rosas incedere. Sed dnus novit vitam meam.
Tentarem necesse ipse mundo servire quam
vultu & sanctitatis specie. Sed Dnus hoc mihi non
dedit. Mundus crimina non sentit in me, quae mihi
vere obiiciat, & tamen in me offenditur.
forte ita Dnus vult stultificare certum(?) & ingra
tum mundum, ut suo contemptu pereat & non
videat quam egregia dona, multis hominum
millib. non data mihi dederit Deus, ut sermonem
quem ipse novit. Ut enim mundus non admiratur
verbum salutis, quod per me Dnus offert, inve
niat in me quo offendatur, & cadat. Viderit ista
sua iudicia Dnus, ego enim orabo ne peccatis
meis alicui sim scandalo. Haec ego (mirum,
quam libenter audivi).

Ubi ego cum solo egeram mane, restabat
iam fere una hora usq. ad prandium. Et quia invitati
eramus a quibusdam nobilib. hortabar virum
ne deesset convivio. negat ille se affuturum,